



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. Liceantne per sacram scripturam ad materiale peccati præfinitiones
prædeterminatiuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

sapientia agere sinat. Adde etiam hanc diuinam assistentiam, seu concursum, tamen non habeat homo in sua potestate; & tamen illi paratissimus, ut operetur, quando voluit: ideo plenam habet potestatem liberum arbitrium.] Delphinus lib. 4. de liber. arbit. pag. 171. [Ista causa a priore causa & superiore adiecta posset actui suo rectitudinem exhibere, quam teneat dare, ac minime preberet. Prima vero causa, nimirum Deus, quamuis dare actui suam rectitudinem non teneatur; daret eam tamen, quantum in se est: si humana voluntas Deo vocanti, & ostium pulsanti consentiret. Vniuersaliter enim: quidquid Opt. Maxim. Deus alicui preberet antecederet (hoc est quantum in se est) daret etiam consequenter (hoc est reuera, & efficaciter,) nisi humanum liberum arbitrium dissentiendo poneret, atque obiceret impedimentum.] Pluribusque ostendit repugnare Deum aliter ad actum peccati concurrere. Hecera in 2. sentent. Scoti tom. 2. disp. 38. quest. 3. notab. 6. versus fin. ita ex Scoto Deum a causando peccato liberat. [Quod vero Deus, etiam si non teneatur ad ponendam rectitudinem in actibus liberis voluntatis creatae; eam tamen apponeret, quantum in se est, nisi ex parte liberae voluntatis creatae inueniat impedimentum. Probat: quia omnia, quae Deus dat antecederet alicui, daret etiam illi consequenter, nisi ex parte illius inueniret aliquid impedimentum: sed Deus dando libertatem voluntati creatae, & auxilia, sufficiency, & leges, & praecepta quibus ducta rationi posset se conformare, causauit antecederet rectitudinem in omnibus actibus liberis creatae voluntatis: ergo quantum est ex se causeret de facto rectitudinem in eisdem, nisi in voluntate, (quae est propria causa deficiens eorum) inueniret indispositionem, & impedimentum.] Consonat. q. 6. notab. 6. 9. & 11.

13. Marc. Anton. Natta lib. 12. de Deo ab initio Deum eadem ratione a causando nostro peccato liberat: quia de se sufficiens homini de mediis, quibus illud vitare posset, prouidit: quare per hunc, non per Deum stat praua eius operatio. Speciatim legendas pag. 6. & 7. Belarmin. tom. 3. toto lib. 2. de amissione grat. & itatu peccati contra praefinitiones, & praemotions Dei nos ad actiones prauas praedeterminantes acriter pugnat: & cap. 4. post med. confutat solutiones ex optimi finis intentione, & immunitate a lege, & obligatione, quo minus Deus prauas actiones praeficiens, atque determinans causa peccati, sit, & habeatur, cap. 5. notat ad culpae imputationem non requiri malitiam ipsam eligi a peccante. Vnde Deum peccati autorem & peccatorem, si actionem prauam praeficiat, seu praedeterminet, fore concludit: & §. iam igitur: sub init. ait: *Causa peccati non erit Deus, quia eueniret influxu quodam vniuersali, & indifferenti ad hanc actionem, & ad contrariam: ac per hoc non erit talis actio in specie, quia a Deo, sed quia ab homine prodit: & tota culpa erit hominis, qui concursu Dei abusi voluit ad istam actionem, cum ad aliam bene vti posset. Et §. sequenti, Quod si Deus non solum ut causa vniuersalis ad eas actiones, mala quae sunt, concurrat, sed etiam ut causa particularis, eas, ut tales sunt in specie intēdat, easque imperet, vel ad eas hominem impellat, vel per homines, ut per instrumenta actiones illas in specie efficiat, nullo modo intelligi poterit, quomodo Deus ipse non peccet. Repetit eo cap. & c. 18. duab. columnis postremis. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 4. c. 22. q. 1. §. vlt. & cap. vlt. praemotions determinantes, quare & praefinitionem ad actionem prauam reiecit, & Clarius cap. 2. quest. 2. & 5. cap. 20. q. 16. & alibi. Henric. tom. 2. lib. vlt. de fin. hom. cap. 5. §. 3. & in Glossa, & cap. 15. sine ait, Deum nec praefinire, nec excitare, nec inclinare, nec praedeterminare voluntatem ad actionem peccaminosam. Fufius Molina in concordia, d. 29. & 1. p. quest. 14. a d. 5. Soar. lib. 2. de auxil. Valq. 1. part. d. 99. cap. 4. a num. 10. sibi consonans 1. 2. d. 38. 39. 189. cap. 15. ac minime dissonans 1. 2. d. 129. cap. 7. & 8. vbi solum ait: Deum non esse causam moralem peccati, etsi ad eius actionem physicē concurrat, quia nec praecipit, nec incitat, aut instigat ad illam, sicuti ceteri Scholastici respondent: in qua solutione praefinitionis, & praedeterminationis diuinæ ad materiale peccati exclusio potissime continetur. Adde Ioannem de Salas 1. 2. tom. 2. tract. 1. d. 10. sect. 1. num. 36. Lessium cap. 5. Apolog. Dotalleium opus. de concursu Dei c. 7. post oppug. 4. pag. 91. Didacum Ruiz de Montoia de volunt. a. d. 26.*

ad §. 1. inclusuē, Paul. Leonard. sparsim in suis responsionibus. Borrul d. 12. de scient. media per totam, & vno verbo reliqui citati quæst. 5. 4. & 6. contra actionum liberarum praefinitiones vniuersales, & q. 7. cert. 3. pro communi causae liberae definitione statuenda.



QVÆSTIO II.

Liceantne per Sacram Scripturam ad materiale peccati praefinitiones praedeterminatiue?

QUAM fuerint praefinitiones ad materiale peccati praedeterminatiue Theologis ferē vniuersis odiosae, ostensum hucusque a nobis est: communis huius in eas odij causae & fundamenta sunt deinceps cum ab autoritate, tum a ratione erant intelligenda, & primum à Scripturae testimoniis, quae praecipua Theologiae Catholicae loca & fundamenta sunt.

CERTAMEN I.

Praefinitiones praedeterminatiue ad materiale peccati Sacrae Paginae videntur aduersae.

ITA praefinitiones haec totam caput Eccles. 12. maxime a num. 11. aperte refellit, ut vix commentariis, aut cursu ad inde confutandas opus habeamus. Sic eo numero impiū à sapientia, seu Sanctitate, & iustitia deficiētem Ecclesiasticus alloquitur: *Non dixit, per Deum abest: iuste operari: quia enim odit Deus ne furis.* Atqui si Deus praefinitionem iustae operationis, at omissionis legi, & iustitiae conformis, (quam necessitiam per hos ad iustam legique conformem operationem aut omissionem à nostra libertate independentem omissionem non apponat; imò verò apponat praefinitionem independentem à nostra libertate ad materiale peccati, seu, ut legi difformiter iustitiaeque ex nostra libertate, vel omittimus actum praecceptum, vel operemur prohibuit per Deum, certò & aperte aberit, non autem per nos, qui aliter, vel operari non possumus ad arbitrio nostro, vel omittit: ergo huic textui praefinitiones praedeterminatiue ad materiale peccati, siue ad actum, vel omissionem, prout à nobis, aperte repugnant. Secundae item textus huius parti haud obsecutus repugnant: *quia enim, inquit, odit Deus ne feceris:* ergo actiones prauas, legique aduersas, (& idem de omissionibus est) odit Deus: ergo eas efficaciter non praefinit, quae enim efficaciter fieri à nobis vult, ex parte etiam sua, nequit absque repugnantiā fieri à nobis, factae, ut ipse voluit, verè odisse: cum autem his verbis adhortatio Dei ad nos continetur, ne faciamus, seu operemur contra iustitiam ac legem: ad id esse proinde debet, quod in nobis, nostraeque potestatis est, vel agere vel omittit: atqui solum est in nostra potestate, ponere materiale peccati siue physicum actum prohibuit, qui prout à nostro arbitrio, materiale peccati est, non autem eo posito malitiam formalem (in quocumque ea consistat) poni in illo, vel non poni (cum necessario atque inevitabiliter (etiam à Deo) actus positionem consequatur: ergo ad actum prauum, prout à nobis, seu ad materiale peccati non apponendum nos Ecclesiasticus adhortatur. Tum sic adhortatur autem, quia illud odit Deus: ergo materiale peccati, siue actum prout à nobis, odit Deus, ac proinde illud nec efficaciter velle, & praefinire Deus potest. Pergit textus num. 12. *Non dicat ille me in planum: id est deiecit ad terrosos affectus, quibus à iustitia caderem ecqua verò implinatio ad eiusmodi affectus, & operationes prauas, atque lapsus à iustitia maior, quam praefinitio.*

phica Deus etc.) illa fructus est.

¶ Dices (secundo) ea intelligenda esse non de inductione, & tentatione ad materiale peccati, sed prauas actiones physice à nobis ponendas, sed solum ad formalem, vel militiam moralem earum. Contra primo, quia reliquo capitis, & ferè epistolæ totius enumerans ea, ad quæ à demone, arque concupiscentia tentantur, atque à Deo tentari & induci nos negat, folas actiones prauas recenset, itas, contentionēs, lites, multiloquia, murmuraciones, & similia: & quidem nil aliud à nobis concupiscentia Diabolus suis tentationibus, & malefidijs cogitationibus obinet, suadere, quam vti actio prohibita à nobis fiat, vel præcepta omittatur. Dices tertio, ad propriam tentationem, & inductionem ad peccatum requiri, vt materiale peccati suadeatur, ad ique

6. Tertiò fit, tam hæ, quam alij omnes, qui homines ad actiones malas follicitant, inducunt, & tentant ad peccatum abfolute tentare, inducereque abfolute dicuntur, quia ead nobis fieri volunt, & luadent, quibus connexa inferabilitur, & ineuitabiliter malitia moraliſ eſt: ac proinde eorum voluntas, & ſuaſio expreſſa, malicia illorum virtualis eſt, & interpretatiua voluntas, & ſuaſio: ergò, & Deus præſtitiens, ac, non vtrumque, ſed efficiatque, volens materiale peccati, ſiue vt actionem prauam eſſe, & vt actione prohibita & nobis ſint, quibus ineuitabiliter malitia moraliſ annexa eſt, ad malum & peccatum nos potentiffime, & irrefiſtibiliter abſolute contra Iacobum, & teſtimonia tentaret, illudque abſolute vellet, atque, vt bene Caietanus, voluente illa interpretatiua virtualis ſatis eſſet, vt peccatum abſolute intendere diceretur: cum nec nos ipſi cum peccatum proprium velle, intendereque dicimur, aliter, quam virtualiter, & interpretatiue malitiam, volitione expreſſa, & formalis actionis prauæ, ſeu materialis peccati cui annexa ineuitabiliter malitia eſt, intendamus ac velimus: egregij igitur Beda his Iacobi locum commemoratur. Nemo, cum rapinam ſalutem reſtimonium, homicidium, vel cætera huiusmodi (quæ purè materialiſ peccati ſunt) commiſerit, dicat, quoniam Deus egerit necèſſe habuerit hæc patiari: idcirco nullatenus vtrum effectum declinare poterit. Ac ſi dicit: non aliter Deum tentare non eſſe poſſe atque Iacobo diciſſi ad eo inductionem omnem maximè neceſſitatem nos ad materiale peccati ad ipſo remouendo. At inquit ſi tentare nos Deus nequit, cur & Chriſto Domino contra Patrem docerem, ne nos inducat in tentationem, ſtolide enim ne faciat petimus, quod fieri ab ipſo nequit. Hæretico ſolima digna oppoſitio, qui Deum tentatore peccatorum contra itatutum dogma teneri allere. Reſpondit tamen Auguſt. 6. de bono perfecti, hæc ius loci periphraſi. Ne nos inferri ſua vnde uolunt nonnulli. & legitur in Codicebus pluribus. & uſe poſuit B. Cyprrianus, ne patiari nos induci in tentationem. Confirmatur argumentum ex I. Corinth. 13. Fidelis autem Deus eſt qui non patiatur nos tentari (ab alio adduc) ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet intus in tentatione propter illud, vt poſſitis ſuſtinere, qui ergo Deus, qui vt fidelis Deus, id eſt fidelis hominis adiutor ſit, nè ab hoſte vincatur tentationem ab alio vltra eius inferri vires non patitur ac proinde vires ad reſiſtendum auget pro magnitudine tentationis nos ad mare diſtali peccati, ad quod ſolum in tentatoribus aliis diſtali recte inducimur, præſtitiens prædeterminatui inducere, qui ſibi adiutoris noſtri muneri deficiat, ac non tentator præſtiti nos nollet, & hoſtis habeatur.

7 Quinto arguo ex i. Ioan. 2. num. 15. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt : quoniam omnia quod est in mundo concupiscit carnis es, & concupiscit oculorum, & superbia vite. Hæc autem omnia prauam voluntatis affectionem solum continent, & patet. Quia (subdit) non est ex Patre, sed ex mundo est, eum autem ex Patre Deo fi eas nostras actiones preuit, & affectiones ipsius Deus præfinitur, & vobis fierent, arque, vt ita hære nos irresistibiliter ex prædicatione efficacie sue voluntate prædeterminaret. Confitemur ex Ioan. 8. vbi Christus Dominus. vos facitis opemur ex Ioan. 8. vbi Christus Dominus. vos facitis opemur ex Ioan. 8. vbi Christus Dominus.

Pater, cuius
Pater, cuius
Pater, cuius

sunt explicat, Vos ex Patre diabolo estis, & desideria Patris vultis facere: nam & ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, qui mendax est, & Pater eius. Nempe mendacij: atqui homicidium & locutio mendax, quæ ex Patre Deo esse, & causari negat; atque ex Patre diabolo esse, & causari affirmat, actiones prauæ & materiale peccati sunt: ergo & hoc negat à Deo causari, ac præfinitur, & num. 47. qui ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, & citata epist. 1. cap. 3. num. 7. qui facit iustitiam iustus est: sicut & ille (Deus) iustus est: qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diaboli peccat: ac deinceps, præsertim à num. 21. peccati, quod ex diabolo est, exempla subdit, in odio fratricidio Cain, atque omissione succurrendi fratri indigenti, neipsum de formali, ac non de materiali peccati locum interpretari posses. Iacobus rursus cap. 3. num. 13. [si quis sapiens, & discipulus inter vos ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientie; quod si zelum amarum habuerit, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia de sursum descendens; sed terrena, animalis, & diabolica:] ubi materialis peccati, seu prauarum inter homines affectionum, & actionum, bonæ, quæ ex Deo est, oppositam inter homines conuersationem faciunt, solum meminit, eaque ex Deo sue de sursum descendere negat, deorsumque solum, atque ex demone provenire: quare & negat expellere à Deo præfinitur. Denique præfinitio, & prædeterminatio ad materiale peccati, & ipsa semen est: unde materiale peccati, & subinde formale necessario, & inuitabiliter succrescit: ergo Deus præfinitus prædeterminatus, ac prædeterminans materiale peccati præfinitionem, & prædeterminationem sola voluntas nostræ ad illud ponit semina formalis, seu malitiæ peccati citiusque & proximiùs ponens in voluntate, & causans materiale peccati ad quod (si verè ab eo differt) immediate, & proxime inuitabiliter necessario malitia consequitur. Ponere verò Deum quouis gradum semini peccati expresse est contra veritatem Catholicam à Christo Domino expressam, & explicatam parabola illa Zizaniorum Marci 13. ubi serui, annuente Patrefamilias Deo, bonum tantum in agro suo voluntatis nostræ & boni fructus semen seminaisse ipsum dicunt verbum illis: *Nonne bonum semen seminauisti in agro tuo? unde ergo habet zizania?* quia nimirum nihil zizaniorum, cum semine bono à Patre seminatum erat; sed bonum ac purum semen videretur seminare: nec inimicum hominem zizania illis dormientibus, ut accidit, seminantem peruerant videret. Respondit autem Patrefamilias: *inimicus homo hoc fecit*, id est, diabolus, ut ibi Patres, & interpretes intelligunt: ergo dogmatica parabola contextu explicato præfinitiones prædeterminatiue ad materiale peccati aduersantur.

8. Sexto argumentor ex illa sententia Osee 13. n. 6. *Perditio tua ex te Israël, tantummodo in me auxilium tuum*. Scio in textu Hebræo, ut venerabilis noster Gaspar Sanchez observat, non legi in secunda parte particulam *tantummodo*, sicut nec in Codicibus aliquot illud *ex te* sed eis tamen reiectis lectoque absque eis textu, *Perditio tua Israël, in me auxilium tuum*, eadem sententia perficitur: nempe tibi perditionem debes mihi autem auxilium, quæ tamen eis positæ à vulgata viuidiùs antithesi, quam faciunt, proponitur, & explicatur. Scio item perditionem Israël de qua, seu potius, cuius occasione ea sententia prolata à Deo per Oseam fuit esse perditionem cladis Israël in Idololatriam panam inflicte: neque in litteræ cortice de perditione per peccatum ipsum formaliter allata esse sermonem. Verum, si idololatria, quæ ea puniebatur clade, non ex Israël e solum, sed ex Deo esse præfinita, & prædeterminante ipsum ad illam esse, necuta sententia pars vera foret. Siquidem & suppellicia in delictorum suorum, & inductores merito à delinquentibus querelæ refunduntur, per vos me vos jo afflicti. Neque auxilium tantummodo & eam cladem vitaret, Israël ex Deo fuisset & sanè, etsi eius panæ, & cladis temporalis particularis occasione, generalis sen-

tentia (ut sæpe in scriptura solet) quæ eadem spirituales peccati amplectatur, prolata ibi à Deo est, ut egregie Cornelius noster à lapide ad eum verum interpretatur; quare, & ea generalitate communiter ea sententia à Patribus, & Theologis accipitur: quemadmodum, & illa Pauli ad eos, qui ipsa, vel Apolline, ad contentiones, Magistro gloriabantur, *quis es qui te discernit? quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accipias?* quæ, etsi ea occasione, & particulari materia, de Magisterij viuis præ altero discretionem, dicta ab Apostolo fuerint, tamen generaliter de discretionem omnium beneficiorum Dei voluerim, ac subinde de discretionem prædestinatiua prædestinati à reprobo dicta à Patribus & Theologis censetur, & accipitur. His ut Theologos deceat, pro litteræ, & sensus rigore politis sic arguo. Admissa Dei præfinitione, & prædeterminatione ad materiale peccati, siue ad prauam actionem prout hic & nunc in his circumstantiis apponenda nobis est, perditio nostra, non ita ex nobis omnino erit, ut non sit primo, & principaliter ex Deo prima causa ad illam præfinita, prædeterminatiua, & nosque irresistibiliter impellente, ac necessitante, ut perditionem spirituales, velimus, nolimus, peccati apponimus: ergo prima illa sententia *perditio tua ex te*, præfinitione prædeterminatiua Dei ad materiale peccati falsificatur. Clarius autem (si clarus potest) euacuatur veritas sententiæ eius loci secundæ. *Tantummodo in me auxilium tuum*.

9. Comparo enim impulsu auxilij nobis à Deo præfinito, ut materiale peccati, ac subinde eius malitiæ, una, eademque indiuisibili actione ac determinatione (damus enim præfinitione posita prædeterminationis ius nobis, & potestatem relinqui, quod implicat) non apponamus, cum impulsu, & motione præfinitionis prædeterminatiuæ, ut materiale peccati, siue actionem hic, & nunc, atque in his circumstantiis prauam apponamus, auxiliij liquidem ab ea nos retrahentis motio, & impulsus intentionalis solum, & suauis, & sollicitatiuus est, nunquam adigens, ut actione abstinemus, sed qui non solum de facto ab ea nos retrahitur non sitis, qui præfinitione prædeterminatiua: adstante ab eiusmodi actione præfinita nos retrahere absolute nequeat. Contra verò præfinitionis prædeterminatiuæ ut eam apponamus actionem morio, & impulsus actiuis physice est ad illam nos, utcumque, impellens, & agens, sed adigens, determinans, atque necessitans irresistibiliter. Cum autem longè adeo potentior, & fortior impulsus, & motio hæc ad actionem prauam præfinitionis prædeterminatiuæ motione auxiliij retrahentis ab illa sit, atque eiusmodi præfinitio ex Deo, & in Deo nobis adstet perditio nostra, potiusque ex Deo, quam auxilium erit: quare *tantummodo in me auxilium tuum* admissa præfinitione prædeterminatiua ad materiale peccati falsò prorsus à Deo dicitur. Nec præstat eo loci de perditione per formale peccati solummodo agi, quæ actioni, ut à nobis, non ut à Deo est conuenit. Tum quia ex num. 21. eius capitis constat de materiale peccati idololatriæ, nec de formali per se sermonem: ubi. *Feceruntque sibi conflatile de argento suo, quasi similitudinem idolorum, factura arisificum totum est. Hi isti dii sunt, &c.* Secundò, quidquid nostræ consideratione eis actionibus prohibitis addatur, agnoscatque malitiæ, non aliter à nobis, nisi appositione earum à nobis hic, & nunc à nobis apponi, esse ex nobis potest: quod si, ut à nobis, & ex nobis apponatur à Deo primo & principaliter præfinita, prædeterminante, ac præmouente irresistibiliter est, ex Deo tandem, atque à Deo malitia ipsa subinde erit, ut sæpe diximus, fusuque deinceps à ratione agentes ostendemus. Quare distinctio illa, prout à nobis, non prout à Deo actio praua, seu materiale peccati provenit, malitiam induci, si solum comitanter deus concurrat, & influat, verissima, & apertissima est, secus autem, si præuè præfinit, ac nos, ut ipsam ex parte nostra apponamus determinet, atque irresistibiliter præmoueat: tunc enim actio illa, etiam prout à nobis, in Deum tandem, ac subinde eius agrata malitia refundi necessario debet, ut contendimus, & ostendimus.

10. Septimo contra præfinitionem ad materiale peccati siue ad actionem prauam ut à nobis facientiam militent innumera scripturæ loca, quibus impij quique desidentes ac desertores Dei ab eoque recedentes, & recessores

REGA
L. par
Vla

recessores dicuntur. Duo dedimus loca num. 1. & 3. Eccl. 1. 5. & Isai. 30. reliqua omittimus breuitatis ergo, quia plurima, & quia non aliam vim contra eiusmodi praefinitionem continent, sed prorsus eandem quam ipsam continent etiam innumera Scripturae testimonia, quibus, ut ad eam conuertamur, accedamusque nos Deus hortatur, enim recessus, & localis non est: quomodo nemo à Deo abscedere, quare neque ex libertate sua accedere potest: ergo solum potest esse affectus, quatenus impius affectu suo prauo, ex se, & libertate voluntatis, & arbitrij sui à Deo, eiusque voluntate absoluta, & absolute tali recedit: aut praefinitione praedeterminatiua ad materiale peccati, siue, ut affectiones, & actiones prauas à nobis habeantur hic & nunc ac fiant, admissa, nequit impius ullus ita affectu Deum deserere ab eo recedere, nec si ab eo abscederet magis accedere, & ad eum conuertere, quam proxime ei affectu fuerat, cum affectione & actione praua recesserat: ergo ea praefinitione admissa eorum omnium locorum veritas euacuatur. Minor probatur: quia praefinitione materialis peccati, siue ut à nobis actio praua, & prohibita fiat, ponitur Dei voluntas & effectus efficax, ut ita à nobis fiat: ergo cum ita ab impio affectu, & effectui sit eius actio, & affectio, Deo, eiusque voluntati absolute tali affectu omnino cohaeret; neque vllatenus à Deo affectu recedit. Nec valet haeretica illa casus de recessu impij affectu & effectui à Deo, nisi non volente, aut praecipiente. Ostendimus enim n. 2. & 3. hac praefinitione, & voluntate efficaci Dei, ut ita actio, aliis prohibita, à nobis fiat, vel praecipit non fiat, praecipit, & legem, tam praecipit, quam prohibet, quam dispensari pro tunc, & abrogari: quare nec posse esse effectum à Deo praecipiente, vel prohibente recessum impij, siue actionem prohibitam apponendo, siue praecipit omittendo. Dices secundò: legis vniuersim latè dispensationem, & abrogationem hic & nunc debere hic etiam & nunc operanti, vel omittenti innotescere, ut operatione, vel omissione legi, & praecipit neque aduersentur, nec delinquant. Hec etiam haeretica solutio est liberorum apud Bellarminum tom. 3. contr. 2. gener. lib. 2. de amiss. gratiae c. 1. verbi *Florinum Irenaeo*: scilicet neminem, nisi ex errore de legis vigore, atque ignorantia dispensationis, & abrogationis, hic & nunc, illius peccare: secundò, cum praefinitionibus, siue explorato haereticis, siue secus, eiusmodi praefinitiones, & voluntates efficaces Dei, ut hic & nunc agant, vel omittant contra alias praecipit, & prohibita plus satis, si minusque, quam par est innotescant, nec per ignorantiam, aut errorem de legis, ac praecipit vigore peccare vllatenus poterunt, magno scilicet sententia suae commodo, nisi falsa, & expresse haeretica illatio foret. Tertium illud omnium contra praefinitores omnes ictuum generale malagma de praefinitione, ex voluntate Dei erga materiale, prohibitionem verò erga materiale disiectum super a est num. 2. & 3. ubi ostendimus materiale solum peccati nobis, vel praecipit, vel prohiberi: idque ex totis Decalogi praecipit, legibusque cunctis patet. Secundò, quia, cum id solum praecipit nobis, prohiberi que possit, quod nostrae potestatis est, vel non agere: solumque materiale peccati apponere, vel non apponere nostrae potestatis sit, nec vltius, ut eo posito formale, & malitia peccati ab eo materiali prorsus inuitabiliter insuperabilis accedat, potestati & arbitrio nostro subiaceat, praecipit directè est de operatione ipsa; nec aliter malitia actionis, vel omissionis nostrae sub legem cadit aut praecipit, nisi indirectè, quatenus physica actio vel omisso nobis prohibetur, quia neque aliter à nobis malitia apponitur, potestati amari, vel apponi.

11. Inde verò praefinitiones istae aliis dogmatibus Scripturae deprehenduntur aduersa. Notant plura testimonia Bellarmin. citat. lib. de amiss. grat. & lib. 3. de causa peccati. Ruiz de Montoya d. 26. de volunt. quibus Deus, nec causare, nec velle peccatum dicitur: aut posita praefinitione materialis peccati eo modo, proprietate sermonis, quatenus nos, vult, & causat peccatum. Ergo ea praefinitio eis scripturae locis aduersatur, scripturae loca aliquot dogmaticum antecedens probantia sunt. Sap. 14. *odio est impius cum impietate sua.* Psalm. 5. *Non Deus volens iniquitatem tuas.* Ezech. 18. *Nunquid voluntatis mea est mors impij?* 2. Petr. 3. *Deus neminem vult perire.* Cum autem

Deus non solum nihil eorum qua fecit voluit. Ut dicitur Sap. 11. sed quocunque fecerit amauerit, & non nisi volente, & voluntate sua fecerit: eo ipso quo voluit peccati à Deo eis locis secluditur, & eius efficientia, & causalitas ab illo ablegatur. Minor subsumpta antecedens probatur: Non aliter nos causare, vel eque absolute peccatum proprie dicimus, imò ut tunc dicebamus, nec aliter causare illud, vel eque possumus, nisi apponendo voluntate actionem prauam, siue materiale peccati cui amari inuitabiliter est malitia, & formale peccati, & cuius subinde appositione, interpretatiue solum, volumus malitiam, seu actionem ut malam, & peccatum formale, quod expresse & formaliter quā tale velle non possumus: nec aliter causare possumus, nisi appositione actionis prauae, seu materialis peccati, quae solum in se nostrae potestatis, & libertatis in sui omissione vel positione est. Atqui Deus praefinit actionem illam, ut à nobis ponendam, seu materiale peccati, etsi praefinitio illa non velit malitiam peccati formaliter, & expresse, neque in se praefinitioe & praedeterminatione actioneque sua pertingit; aut, & illam efficaciter interpretatiue, & vult, & efficit in actione praua, ut à nobis, seu materiali peccati, quod principaliter, quam nos, vult, & efficit per vos: ergo proprie, & absolute, eque ac nos, & vult, & causat peccatum contra scripturam. Dices cum Caluino Beza, & Petro Martyre (utique Diaboli) ea loca, quibus nolle odiosius absolute ac subinde non facere peccati) Deus dicitur de voluntate signi, non autem beneplaciti intelligi impia sanè, & haeretica solutio, quae primo voluntatem praefinitiuam materialis peccati inducit, nullquam in scripturis continet: quod parui faciunt: quia maioris nobis cum illis res est. Secundò, si sententias enunciatiuas voluntatis diuinae in scriptura expressas, ita liceat interpretari, nihil ex vlla illarum futurum habebitur: quare & scripturae auctoritas funditus evertitur tota. Tertio, voluntas signi à Theologis, & Patribus admissa, nunquam voluntati, & absolute à scriptura ponitur. Quarto, eis locis, & praecipit cunctis mendacij apertissimi Deus iuxta horum doctrinam, & solutionem conuincitur, ut rectè Bellarmino citato lib. 2. cap. 8. significabit enim Deus se nolle, ut actiones prauas & materiales peccati apponamus; cum tamen, ut id apponamus non solum absolute, sed efficaciter velit, cupiatque vehementer: quid deficit ad liquidum mendacium.

12. Nonò, qui cooperatur alteri ad actionem, quam vehementer, atque efficaciter velit ab illo fieri, non sentit inuitus illi alteri, nec de eius cooperatione, tristatur, ac dolet, aut de omissione laturatur. Atqui deus inuitus prae hic, & nunc operantibus cooperatur, ac de eorum cooperatione tristatur, & dolet, de omissione verò seu quod ab ipsis non apponatur materiale peccati siue actione, siue omissione, ac si possumus semel, fuerit retractetur, gaudet & laetatur, ergo actionis, vel omissionis prauae, seu materialis peccati, ut à nobis ponatur non est in deo efficax voluntas eius, ut à nobis ponatur praefinitio, discursus est legitimus. Minor in scriptura quoad utramque sui partem expressa, quoad tristitiam de eo, quod prae operetur prohibita, vel omittamus praecipit, siue ex parte nostra cooperemur generali concursui Dei, vel potius cooperatione ex parte nostra adhibita abutimur, & quoad vehementer dei gaudium de eo, quod non operemur ex parte nostra prohibita, vel omittamus praecipit, & quod secus facta retractetur probatur, à nobis abunde scripturae testimoniis apertis controu. 4. d. 4. q. 3. de Seria Dei voluntate, & desideria ex parte sua salutis omnium etiam reproborum cert. 4. & 5. de inuita dei seruitute, molestoque labore in cooperando ex titulo causae primae, ad prauas nostras actiones, constat ex illo Malachiae 2. n. 17. *Laborauit fecistis dominum in sermonibus vestris, & dististis, in quo cum fecimus laborare: in eo quod dicitur: omnia qui faciunt malum bonus est in conspectu Domini, & tales ei placebunt, aut certe ubi est Deus iudicij: Toto vero capite agit de acceptione alienigenae in uxorem, & reprobos proprie contra legem, quae actiones prauae, & materiales peccati sunt: & quia deo placere, ac non potius fieri ad peccati sunt: & quia deo placere, ac non potius fieri ad peccati sunt, molestissimo stomacho & odio, qui asserbant, quod reprobos, inquit, Malachias deo iudiciam potestatem quoque argumento absurdo Patres plures praefinitores materiales peccati, siue prauarum actionum, prout à nobis, infestant, & vexant, ut q. 3. videbimus. Probari secundo idem potest,*

ex his omnibus Scripturæ locis, quibus citata controu. 4. d. 4. quæst. 3. probabimus Deum ad mala peccata, siue debita peccatis supplicia nostra trahi à nobis præ suo in nos amore inuitum: inde enim legitime inferitur à Deo operandum prauis nostris actionibus, quæ maius nostrum malum sunt, multo magis pertrahi inuitum. Secundo: Quia ad penam nostram inuitus venire haudquaquam posset, qui ex voluntate sua efficaci materialis peccati siue actiones prauæ, vt à nobis exercitæ præfinitione sua in nobis ponit, quod puniat, vt arguit Nemescius quæst. 3. recitandus, & recitatus d. 1. quæst. 2. etenim qui ardenti, & efficaci desiderio, & voluntate puniendi in nobis ponit, quomodo inuitus venire ad supplicia? Quin prudenti ætimatione diro nimium, & crudeli affectu, & amore puniendi, quod in nobis punire merito videbitur negotiatus. Denique pars eadem expressa videbitur Ilia: 43. num. 24. verbi illis: *Verum tamen seruire me fecisti in peccatis tuis: præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Ceterum vt doctæ Cornelius noster à Lapide ibi versu, *Moraliter aduertunt*: nihil ex loco contra præfinitiones ad materiale peccati Theologico rigido discursu deduci potest, sed solum laxiore, rigori Scholastico inuerti, concionatorio ad Moralem sensum extensa sententia.

13. Ne verò quis verborum sono deceptus ac literalis sensus ignarus mala ex illo probatione præfinitionis hæcæ firmet potius, quam euerat: hunc strictius alius, cū corum (præfinitionem nostrorum Ga'paris Sanchez & Corneli à Lapide) observationibus adiutus, & contextu capitis erutum subiciam, igitur inuitum Dei eo capite est suam in populum Israël misericordiam, & beneficentiam, antiquam, & præteritam tum præsentem nullis eorum meritis, imò pluribus eorum demeritis impensam populo illi demonstrare: vt inde summum ipsi beneficium Incarnationis & aduentus Christi Domini (de quo etiam eo cap. rationum extat) magis commendat; cuius rei, & Iudeos ipsos testes ante actorem adducit & venturum etiam Christum Dominum præfinitum verbis illis num. 10. *Et seruimus tui, quoniam ego: & antiqua quidem beneficia sua memorat à num. 14. ad 17. inclinat: futura verò in Christi aduentu à num. 19. ad 21. ubi bestiarum, & ferarum nominibus gentium Congregationem in Ecclesiam, & veram Abrahamidum, & Israëlitarum progeniem Evangelica prædicatione, & fide conuersione peragendam prædicat. Quoniam verò ad pristina beneficia, imò & futura Christi aduentu, merita Patrum suorum possent prætereundæ, atque ad peccatorum expiationem, legalia etiam sacrificia; id, quoad sacrificia peccatorum. 22. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israël. Non obtulisti mihi arietem holocausti. Et visitasti me, non glorificasti me. Non te seruire feci in illatione: Nec laborem tibi præbui in thure. Non emisisti mihi argento calicem (odotiferum) & adipe viderum tuorum non inebriasti me. Nil enim eorum, & si è legis feceris præscripto, non mihi, meive gratia, sed tui amore, & tibi tuique intendens, & inferuens commodis fecisti, cum, vt Sacerdotis honorem ostentares: tum, vt purificationis legalis tam actiua quam passiva honorem inanem assequeris: quo effectum est, vt sacrificiis ipsis, quibus recreandus, alias honorandusque eram, & ob quæ peccata vestra putabaris erpienda è prauo fine tuo vitiatas oneraret denuo, non honoraret: quare subdit num. 24. *Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbui mihi laborem, in iniquitatibus tuis*: & quatenus non essent sacrificia vitiatæ ex prauo fine, tamen, vt legalem purificationem tuam, ac proinde tibi, non mihi consequeris fierent: quare illis intendentes, vi illorum, & iure à me reciperes: idcirco non ob illa peccata tua delentur: idcirco subdit num. 25. *Ego sum, ego sum ipse* (id est solus) *qui deleo iniquitates tuas propter me, non ob sacrificia tua, sed neque ob Parentum tuorum Moysis, Aaron & Abraham: Hi liquidem omnes poena etiam digni fuerunt, cum ob Originalia, tum ob actualia Abrahamus, quia primus Idololatra Genes. 11. num. 31. & cap. 12. Christi pp. de Origene de Deo Uno, Tom. I.**

num. 1. duo reliqui increduli ad Petram contradictionis, atque idcirco me condonatore, & incarnato Redemptore egerunt, quin eorum merita ius aliquod vobis contra me fecerint, vt vestra peccata remitterem. Hoc autem, vel inde patet, quod, vestris Sacrificiis, & vestrorum Patrum adiutoribus meritis, tot vos cladibus quod à numero vigesimo sexto, ad capitulum finem recenseo, ob peccata vestra afflicte fas mihi, & integrum, nihilominus fuerit: quod ergo, tot in vos beneficia contulerim peccataque vestra remittam, ac per memetipsum incarnatus redemerim, mihi vni, ac misericordie, non vestris sacrificiis, aut Patrum vestrorum meritis debetis: qui solus propter me, ac per me ipsum, & peccata vestra passione mea acerbissima, & redimo, & remitto: vt id etiam circo dicere iure possim. *Seruire me fecisti &c. Præbui mihi laborem, in iniquitatibus*: Cum quidquid deliquisti, mihi reliqueris acerbissime soluendum, vt hæc paraphræitico commentario explicant Hieronym. Cyrill. Theodoretus Euseb. 10. demonst. Euang. in peccatis tuis defendi te: & quasi hyperaspistes sentum me pro te ira Dei opposui. Nil ergo hoc loco de seruitute Dei, eiusque labore in cooperatione nobiscum ad materiale peccati rigore litteræ, & scholastico continetur.

CERTAMEN II.

Oppositionibus aduersariorum ex Sacra pagina obuiatur.

1. **Q**ui plura ex Scriptura contra præfinitiones hæcæ velit legat nostrum Didacum Ruiz de Montoya variis locis tom. de Scientia & de Prouidentia ac prædestinat. ac præfinit. tom. de voluntate per totas viginti quinque disputationes videlicet à 27. ad 51. inclusiue. Nobis enim præcipua solum loca, & capita impugnationum ex Scriptura attingere vilius fuit: tum breuitatis causa tum in exemplum aliorum plurimum, quæ his affinitatis, & similitudinis iure ad præfata capita videntur facile reducenda: eadem de causa non omnia quæ pro eis præfinitionibus assumi, vt cunque, ex Scriptura, obicique possent, certamine hoc proponam, & diluam: sed quæ maiorem difficultatis speciem præ se ferant, & quorum solutio aliis diluendis doctrinam, vel exemplum minuit. Opponentur primo plura Scripturæ loca, quæ sonant Deum velle, vt praua opera fiant, v. g. venditionem Iosephi à Fratribus, & illa figuratam Christi Domini à Iuda traditionem Iudeis, atque ab his occisionem, Genes. 45. n. 8. *N. n. vestro Consilio, sed Dei voluntate huic missus sum c. 50. Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati.* Respondetur tamen cum Patribus subtilius de his disputantibus, & qu. 3. recitandis: passionem quidem eis locis bonam pluraque inde bona suborta voluta plane à Deo, actionem verò prauam venditionum, tradentium, & occidentium, sine qua passio, & reliqua bona esse non poterant, fuisse à Deo tantummodo permissa. Hinc verbis c. 50. relatis præmissis timidis ob scelus suum fratribus: *vos cogitasti d. me malum: sed Deus verit illud in bonum, vt exaltaret me, & saluos faceret multos populos.* Non vestro consilio, dispositione, quæ tota in meam erat perniciem; sed diuina, in qua tanti vestri sceleris permissio, non voluntas claudatur, vt me exaltaret & plura alia bona non attente obuentura aliis multis prouideret: illud autem. *Num Dei possumus resistere voluntati*, non ad voluntatem venditionis lux à fratribus, sed venit illis à Iosepho præstante intelligitur, ac expressit Hebræa lectio his verbis: *At-hi-rau chi hat-hub eloian*: cui Græca & Chaldaea concordant Latine ad verbum vertenda. *Nam sub Deo sum ego: cuius voluntas d. mea erga vos venia est, cui resistere nequeo, ni eius timorem, reuerentiam, obedientiam, & debitam tot ipsius in me beneficiis gratitudinem vestri sceleris occasione deponam, vt paraphræitice commentatur Chrysostomus hom. vltim. in*

D d d d Genes.

absoluta, si integræ, innoxieque, nec dumque absolute corruptæ, esset inuictus Deus, ut ait Augustinus, cui male occurrit Beza pag. 155. & 164. decretum, inquit, [Dei] de faciendis ex eadem massa valis, aliis in honorem; aliis in contumeliam, antequam omnem præuisionem culpæ, & omnem omnino causam, quia non poterat Deus executioni huius decreti viam aperire, nisi homo peccaret, ideo ordinauit lapsum Adam, ut haberet, quorum miseretur, & quos iuste puniret. Fateretur contra se etiam hoc loco Beza ad misericordiam Dei voluntatem, quia massæ partem in vasa honoris, siue in honorem eligit, massam corruptam præsupponi debere; citius autem inde inferatur corruptam præsupponi debere non ad executionem solum (ut hac solutione vult) sed ad prædeterminationem absolutam ad supplicium, & ignominiam partis alterius massæ damnatæ. Secundo non minus iniquus est affectus, quam effectus puniendi absolute, nondum noxiæ absolute præuisionem: quare, si ideo Deus noxæ absolute præuisionem expectare debet, ut effectu puniat, absolute eam etiam expectare debet, ut absolute ad penam destinaret, & effectum absolutum habere puniendi. Tertio iniquus est facere in alio malum, quod puniat, quam penam innoxio indigere; quod autem aiebat, dicendum non esse, Deum facere vasa iræ & in contumeliam, sed solum facta relinquere, si massa corrupta supponatur, leuissimè est. Tum quia destinationem absolute ad penam (quo sensu eum locum nunc interpretatur Augustinus) vltra statum corruptionis, & reatus per penæ destinationem absolutam iræ valis è Dei iusticia facit: cum tamen pars massæ eiusdem corruptæ, altera in vasa misericordie Dei benignitatis, creati eius eodem non obstat, eligatur. Secundo, etiam in capite Adamo, ac nature generalis massa, quasi in femine, imminenter, & actu primo particulares partes massæ in vasa iræ pro potestione destinandæ corruptæ sint; non tamen absolute & in actu secundo, quousque per propagationem absolutam ex Adamo à Deo condantur in vasa iræ, odij, Dei, & absolute reatus ad penam: quare verum adhuc est ex massa generis humani partem in vasa misericordie à Deo fieri demò absolute, nec solum feruari: cum autem massa æque in femine viciata respectu omnium esset: cur Deus partem in vasa iræ, partem in vasa misericordie eligat, nulla à nobis ratio potest inueniri, atque ad occultata Dei iudicia, & voluntatem recurrendum esse merito Paulus docuit, figuli, & vasorum, sola eius voluntate ad tam diuersos vius destinatorum, exemplo aptissime explicuit, quod autem figuli exemplo ad Adam ex luto formationem Paulus repperit falsum est. Nam ad illud Isaia 45. *Nam quid dicit luto figulo suo quid facis? Solum respicit Caluino etiam & Petro Martyre Beza Magistris, nec solum Partibus Ecclesiæ consentientibus. Nec de formati à Deo ex luto, proprie taliter, tenet similitudo, cum solus Adamus formatus ex luto fuerit: ut, à Deo quidem, vas in honorem formatione sua; locus Exod. 9. de Pharaone. *Pesce siue, ut legitur ad Rom. 9. excitauit te, ut ostenderem. Hebraea heghe madhica, stare feci, seu conseruavi. Et tuam proceritatem, quam odi scierim, si conseruaueris, ut bene August. quæst. 32. in Exod. & Rupert. Tenentis de excitatione in regnum & solium, non obstante abusus potestatis præscientia simili; non autem ex abulsi intentione, nedum efficacia eius præuisione absolute, aut abusus & supplicij: quare adhuc posui, & excitauit te, pro eius à Deo conditione, nihil contra nos locus probaret.**

5. Tertio opponet ea, quibus homines ad prauas actiones impellere, eisque, ut instrumentis ad illas rei Deus dicitur 2. Reg. cap. 12. *Tollam uxores tuas, & da- bo proximo tuo & dormiet cum uxoris tuis in oculis so- lis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem fac- iam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in con- spectu solis, cap. 14. & c. commouit, (ex ira in Israelitas Deus) David dicentem vade numeras Israel cap. 16. Pra- cepit semei (Dominus) ut male diceret David, ac dæ- moni cap. 22. decipies Achab, & preualebis vade, & fac- cisa, & 3. Regum, cap. 11. & 12. & lib. 4. cap. 9. & 10. rebel- liones Hieroboam contra Roboam & Hiehu contra Achab legitimis Reges adeo fuisse dicitur Psalm. 104. de- clinasti semitas nostras à via tua vers. 25. conuerit cor- rector ut dicitur populum eius, Psalm. 118. Inclina cor meum in testimonia tua & non in auaritiâ, Psalm. 140. 149. Joseph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. I.*

Non declines cor meum in verba malitiae, oratur autem, ne quid faciat, qui illud facere absolute potest, non vero qui absolute nequit. At quoad Indam Dominus, quod facis fac citius. Aliis vero ut instrumentis ad prauas actiones rei Deum coitit ex Job. 1. Dominus absulit, quod solum per prauum diaboli odium effectit Ilai. 10. Senacherib Serra, & Virga Dei, appellatur e. 13. Medos & Persas San- ctificatos suos vocat; quod ut instrumenta iræ sue inferunt, & à se ad atrocitates exercendas excitatos ait, ibi: & Hierem. 51. Sicuti & Regem Babylonis e. 50. vocat Mal- leum vniuersæ terræ, & Ezechiel. 12. Dei veste expansum, ad Israel capiendum, Ceterum Deum, nec physice, nec moraliter præcepto exhortatione impios mouere posse ad prauas eorum actiones adeo est Catholicis firmum, ut Augustinus recitatus n. 3. sub finem, & tract. 53. in Ioann. illas præuidere, posse quidem Deum asserat, non autem facere: quare sola permissione, siue qua ab impiis fieri illas nequeunt, facere, & præcipere per ipsos illas dicitur ad easque inducere: quemadmodum, qui venaticum canem lepori de se inhiantem soluit, eum in leporem dicitur immittere. Neque exhortationem, aut præceptum impie agendi plus ex parte Dei significant, quam permis- sionem hanc & exercitiâ factam impiis imperet: quatenus auxilia quibus ab eis de- tinerentur, in quibusque ij, in quos excidia praua, siue temporalia, siue spiritalia ab impiis siue homine, siue demone exercenda sunt, protegerentur, negare decernit; quin eorum prauarum actionum prauis ministris imperet: vt opus esse concedit perfidus Caluinus 1. Conti. cap. 18. §. 1. de excitatione à Deo Scribens: Si Dei iudicium est excusatio, & amantia Achab, nuda permissionis signum- tum euanesceat: quia ridiculum esset, Iudicem tantum permittere non etiam decernere, quid fieri velit, & mandare executionem ministris: quasi parum penæ iudic- iariæ etiam, sit decerni eorum subtrahationem, quibus damnus vitandus erat, atque hoc etiam ab alterius volu- nte esset infallibiliter futurum, Adeo sceleribus ob- calluit obtruitque Caluinus, ut tot, tanteque eius generis passus à Deo supplicia, non persciscat: Hanc Sathanæ in Job permissionem solam suam Deus satis ex- pressit illis verbis: ecce vniuersa, qua habet, in manu tua sunt, iuxta August. 2. ad Simplician, quæst. 2. quod si permissioni Dei actus vnus prauus adiungatur alterius à Deo impeditio, qui altas fieret, ut contingit Semei, cuius ira alta in David effusit non permittit diuina pro- uidentia in actus etiam prauos, qua inde ordinatos etiam ordinem ponit, & modum taxat, ut recte ab Hugone Victor. recogoscitur 1. de Sacramentis part. 5. cap. 29. ratione cuius, tropice etiam determinata illa actio fieri à Deo solum illam permittente dici potest. Tertio, in- clinare positue ad prauas actiones per accidens, & oc- casionaliter dici Deus potest: quatenus positum aliquid præstat, quoad prauam actionem occasionem aliquis arripit iuxta S. Thom. in caput 9. ad Rom. ut beneficia Israelitis, ob quæ Egyptij odio eos & inuidia profe- quebantur, ut ad obiecta ex Psalm. 104. num. 25. August. & Theodor. illud de Hehu, & Ieroboam non per rebel- lionem, & tyrannidem, regnum contra Roboam, & Achab inuasit ut Caluinus concedit 1. instituit, ut nec sola Dei permissione (quod satis nunc esset,) sed positua voluntate, qua his ob immania flagitia regno exactis voluit illos succedere, docet expresse Augustinus 17. de Ciuitate cap. 21. & 22. & constat de Hieroboam ex 3. Reg. cap. 11. vbi Abdias Dei nomine Regnum ipsi ac po- steriori, si se recte in eo gereret promittit. Roboam vero Regni armis recuperare tentanti sic per Semeiam à Deo prohibuit est. Non ascenditis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel à me enim factum est verbum. De Hiehu. constat ex 4. Regum cum nihil de Regno co- gitantem Dei iussu per Filium Prophetarum vinctum in Regem: præceptumque accepisset, ut totam Achab fami- liam exstingeret, ac de executione à Deo ita laudatum e. 10. [quia studiosè egisti, quod rectè erat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo contra domum Achab filij tui vsque ad quartam generationem sedebant super thronum Israel: Opponunt Caluinus, & Petrus Martyr de his dictum Osee 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me; sed sibi obiectione contradicunt, cum Regni inuasionem, quam ty- rannam fuisse voluit, ex Deo non fuisse hoc textu contra ipsos

D d d 2 conuin

REGA
L. PARI
VIA

catur, verum, etsi Hieronymus Hieroboam eo textu fuggillari dicat, fuggillari etiam Saul ait quem i. Reg. pluries, praefertim cap. 10. Dei voluntate regnum aduiffe constat: est igitur sermo de exercitio regnandi, regnique administratione praua, vt bene S. Th. in c. 13. ad Rom. & quamvis de institut. eorum in Reges, etsi ex Dei voluntate, sermo esset, sic Deus loqui potuit ratione occasionis eos in Reges instituendi, quae aliorum peccata fuere, vt morte ob peccatum a se inducta in mundum à Sap. 1. absolutè dicitur *Deus mortem non fecit*.

6. Quarto opponuntur ea, quibus Deus hominum corda excicare & indurare, ne rectè agant, asseritur Exod. 7. 8. & 9. de Pharaone, Deuter. 2. de Schon. Iosue 11. de gentibus promissæ terræ: item i. Regum 2. & lib. 3. 12. vbi ex Deo non audisse opportuna homines dicuntur. Iob 12. [Qui commutat labium, veracium, doctrinam senum auferit, qui commutat corda Principum, & decipit eos, vt frustra incedant per initium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos facit, quasi ebrios.] Psal. 68. [Obscurentur oculi eorum, ne videant.] Isai. 19. [Dominus misit in medio eius Spiritum vertiginis.] c. 63. [Quare errare nos fecisti de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timeremus te.] Hierem. 20. [Seduxisti me Domine, & seductus sum,] & passim apud Prophetas, [Excacca Domine cor populi huius, & aures eius aggraua:] Ioan. 12. [Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Isaias excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum,] & Luc. 8. [Vobis datum est nosse mysterium Regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant,] atque, vt innumera eius sententia præteream, ad Rom. 1. *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat*: Verum hæc loca solum Dei desertionem, & permissuam voluntatem Patribus cunctis significare, non autem positiuam actionum prauarum, siue excacationis, & indurationis in actu secundo voluntatem vel Heretici ea obicientes fatentur. Chrysost. hom. 3. in epistol. ad Rom. exemplo Ducis Milites in acie deferentis, nec in stragem hostium iuuantis, & impellentis, nihil aliud ea esse, & significare quam permisisse ostendit hom. 8. in 2. ad Cor. ad ea verba: *excacauit sensus incredulorum*: Irenæus aduers. hæres. c. 48. fine: [Tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiusmodi relinquens eos in tenebris quia ipsi sibi elegerunt.] Cyrill. Hierosolym. catech. 6. post med. Archelai Episcop. contra Manem ad ea, *vt videntes non videant*: Sententiam hanc: [non quod odisset eos volebat, ne viderent, sed propter indignitatem quod oculos suos ipsi obstruxissent] valde commendat Cyrill. Alex. 8. in Ioan. c. 21. post med. [excacat Deus, & obdurat, non efficiendo illa in cordibus hominum, sed deferendo, & non adiuuando: quia enim priores eum deserimus, ipse, culpis nostris id ingentibus, etiam nos deserit,] iuxta Oleez 4. [Perinde, atque, si quis sponte se auertat à sole, & densas incurrat tenebras, hæc deficientia luminis in oculis, non Solis absentia, sed solum eius culpæ est adscribenda, quæ verò Deo permittente fiunt saepe numero in scriptura proferuntur perinde atque ea efficeret.] Orig. 2. iudic. homil. 2. fine, quod Deus aliquem tradit, intelligendum ait: [non quod ipse tradat: sed eo, quod derelinquit,] & infra, [tradita dicitur anima ex eo, quod Deo vacua inuenitur, & inuaditur.] Damasc. Dial. cont. Manich. longe à medio. [In errorem à Deo agitur Propheta Deo ipsi cupiditatis suæ meritò aberrare sinente:] Consonat sibi 4. de fide c. 20. Basil. hom. 9. *Quod Deus non sit author malorum*, sub init. Olympiod. homil. 6. in Eccles. id Roman. 1. *Tradidit illos Deus*, ait: [Non, quod Deus ipse quenquam hominum cogat auitiam, &c. sed quod ea permittat, quæ homines electione liberæ voluntatis aggrediuntur. Consensit Theodoret. 2. ad Thessalon. & 5. epitom. diuin. decretor. c. 12. Theophylact. & Euthym. in caput Ioan. 12. iuxta Græcam diuisionem cap. 15. Hieronym. ad id Iob 34. *Idcirco inducet noxem*, & ad Isai. 6. sub finem ad illud Eccles. 1. *Hanc occupationem perficimam dedit Deus*, & ad illud 2. *Peccatori autem dedit afflictionem, & eam superfluum*. In eandem porro sententiam frequentissimus est Augustinus contra Iulian. cap. 3. sub med. [Cum ergo dicitur homo tradi desideris suis, inde fit reus, quia desertus cedit eis, atque consentit:] & in Psalm. 8. illa, [& non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi, & dimisi eos in desi-

deria cordis eorum,] breui ac æquè viuida periphrasi in eandem sententiam explicuit. *Denant eos sibi*, & 1. ad Simplician. q. 2. sub med. sic nostram à Deo obdurationem definit. [Nolle Deum misereri, vt non irrogetur ab illo aliquid, quo sit homo deterior: sed tantum quo sit melior non erogetur,] scilicet sequent. [quia non eorum miseretur, non quia impellit, vt peccent,] tract. 13. in Ioan. med. [sic excacat, sic indurat Deus, deferendo, & non adiuuando:] 13. de Trinit. c. 12. post med. hominis diabolo à Deo traditio inquit: [non ita debet intelligi, tanquàm hoc Deus fecerit, aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit.] Plura ex ipso, & aliis pluribus Patribus dabo statim num. seq. Chrysost. ferm. 67. vers. fin. ad id: [Etne nos inducas in temptationem,] inquit: [Rogemus, vt nos arbitrio nostro non relinquat, sed in omni actu Paterna pietate constringat.] Sicque nos temptationi tradat in eamve inducat.

7. Ne verò, quamvis Dei desertionem in prauum actum excacationem, & obdurationem cordis specialem, & traditionem hominis à Deo, & qua non posse homines videre, audire, ac credere, eis locis dicuntur, astutem significari: duo vltius ex parte obdurati obsecrati, & traditi à Deo significantur. Primum peccatum anterius, ob quod eiusmodi desertione, & permissione, vt in alia sponte ruant à Deo puniuntur. Quod primi peccati obduratio, & à Deo excacatio, ac traditio esse non potest. Secundum addit vehementem peccatoris ad praua opera sibi iuuanda, Deique præceptis, & veritatibus opposita inclinationem, vel vniuersam, vel in materia particulari, siue ea ex actuum prauorum repetitione, siue ex vehementia, & adhesionem nimia ad prohibitum primi actus prauum peccatoris voluntatem fuerit inducta: ex ea enim vehementi inclinatione, & per Dei permissionem, & desertionem subtractione auxilij efficacis, & hic, & tunc potenter illam ab actu prauo retrahentis (quo solum inclinatio illa vehemens erat de facto superda) moralis, quædā omnino absoluta, in peccatore impotentia vitandi illum actum prauum ponitur: etsi physica ad eum vitandum imo, & moralis absoluta maneat in ipso potestas, cuius non vsu, & abusu, & prauè operetur, & peccet inexcusabiliter. Primum expressit Augustin. de gratia & lib. arbitrii. cap. 23. iuxta id Ioannis 5. [Exculationem non habent de peccato suo: Cum auditis ego Dominus testis sum Prophetam illum, vel quem vult indurat, eius merita cogitate, quem sic obdurari, vel seduci permittit:] id quod c. 20 & 22. confirmat, & concludit. [Nolite dubitare, præcessisse mala merita eorum, vt iussu ista pareretur.] & epistol. 105. ad Sixtum col. 4. [Nec obsecrari Deum impetiendo malitiam: sed non impetiendo misericordiam, quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur:] epistol. 106. cit. ea med. ait: quia infusus est, neminem à Deo obdurari nisi meritò:] lib. 20. de ciuit. cap. 19. fine. [Pro eo, quod dilectionem veritatis non receperunt, vt salui fierent, nec dubitauit Apostolus addere, & dicere: mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: quia Deus diabolum facere ista permittit iusto iudicio:] Consonat q. 68. ex octog. tribus, & 4. de prædestinatione. & gratia, & ferm. 88. de tempore. Prosper ad cap. Gal. lor. sent. 11. [Qui autem tam profundæ impietatis sunt, vt extra remedium correctionis habeantur, non à Deo incrementa iniquitatis accipiunt, sed per semetipsos deterioriores fiunt: quia relinquunt à Deo ac sibi ac deceptoribus suis tradi per præcedentia peccata meruerunt:] Idque solum docuisse Augustinum locis in ipsum obiectis ostendit Paulin. epistol. 27. seu 1. ad Aprum. [A Christo (qui veritas est) alieni in hac necesse est errorum interlicare permaneat: qui, si vellent, intelligere, vt bene agerent, oculos suos, quos statuerunt declinare in terram, ad substantiam iustitiæ leuarent.]

8. Magn. Gregor. 1. Moral. cap. 5. post med. ad id Iob 12. [Sin incluseris hominem, ait: includere Dei est clausus non aperire, &c. obdurare per iustitiam dicitur Deus, quando cor reprobi per gratiam non emolletur. Recludit itaque hominem, quem in suorum operum tenebris relinquit.] Repetit cap. 7. ad sequentia Iobi. *Adducit Consiliarium stultum*, cap. 9. ad id, *Optimatus supplantat*, & lib. 16. cap. 24. ad Iob. 24. *Ipsi fuerunt reboles luminis*, lib. 25. cap. 9. alias 13. fine, ad id Iob 24. *Nox enim operta eorum*, idcirco inducet

noctem; scribit: *inducere noctem Dominus dicitur, non quod tenebras ipse inferat; sed quod obscura corda peccantium misericorditer non illustret; ut hoc ipsum in nocte cæca esse sit, à cæcitate tenebris liberare noluisset*: lib. 29. cap. 7. alias ad 30. ad id, *et vespere super filios terra surgere facit*; habet: *quia infidelibus Iudeorum corda dominari. Antichristum eorum merito exigere permittit*: qui idcirco à Domino huic vespere iussu subduntur, quia ipsi sponte sua, filij terra esse voluerunt: in facta: Nequaquam ergo super eos vespere consurgeret, si filij cæli esse voluissent: consonat 10. & 15. alias 24. lib. 31. cap. 9. alias 11. & ad id *præuabit eam Deus scientia*: homil. 1. in Ezech. Chrylog. serm. 68. [pendendum, ait, ne succumbamus, & ne deinde offensus Deus tentationibus, quos relinquit] serm. 70. vers. finem. Neminem tentat, sed tentare dicitur, cum contumaciter euntes ad tentationem laqueos derelinquit. Ildot. 1. Sent. sub finem, [obdurat dicitur Deus hominem, non eius faciendo duriciam, sed non auferendo eam, quam ipse sibi enatuuit. Non aliter obducere dicitur Deus, non, ut eandem in eis ipse cæcitate faciat; sed, quod pro eorum inutilibus meritis cæcitate eorum ab eis ipse non auferat. Consonat cap. 15. & 19. ex eius & Chrylogi proximè, Gregori, aliquot Augustini in Psalm. 80. recitatis testimoniis antecedens derelictioni, & permissioni Dei vehementi inclinatio peccatoris ad actus prauos, quæ ferè impos moraliter eos vitandi, si Dei potens adiutorum ea permissione absit; aperte probatur: quod erat secundum, quod probandum hoc numero propoluimus, quo sentit Augustinus citato tract. 51. in Ioann. intelligit. *Propterea non poterant credere*, & Bernard. 1. de Considerat. ad Eugen. vehementem hanc hominis adhesionem ad prauum affectum per peccatum sic describit: *que nec seipsum exhortet, nec seipsum sentit: non mouetur precibus: minus non cedit: flagellis magis duratur*, & Isai. 6. num. 9. *ut recitatur* Matth. 13. n. 14. *Incuratum est enim cor populi huius, & auribus grauitur audierunt, & oculos suos claustrunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligent & conuertantur, & sanem eos*]. quare Pl. 13. n. 10. *traditi in desideria cordis*, & ad Rom. 1. in reprobum sensum, *et in passionem ignominia*: ac 2. ad Thessalon. 2. recte dicitur: quia vehementi eorum impulsione sua voluntas Dei permissione à Deo deserta plus satis habet, ut ruat, quod autem permissio hæc sit, quæ peccato, & ex eo orta vehementi hac propensione ad prauum actionem suppositis, ex cæcitate, obduratio, &c. à Deo ponitur, infirmatum satis & à Patribus & à nobis fuit, magisque ex instituto explicabitur tract. 7. d. de effectibus prædestinationis.

9. Sed nec hæc vera, & generali solutione de permissione sola Dei, quæ ad actiones aliquot prauas, quas fecisse factum esse Deus in Scriptura dicit vii illis Dei ad David 2. Reg. 12. *Tu enim fecisti in occulto: ego autem faciam verbum ipsum in conspectu omnis Israël*, & in conspectu soli huius. Caluinus quiescit: imo 2. instir. c. 8. §. 1. ait: *Deus hoc opus suum esse pronuntiat, verba enim sunt. Tu fecisti occulte, ego autem faciam in conspectu*, &c. idemque de aliis dicere posset: ut cum Iobum afflixisset dicitur in Scriptura Deus. Audiat verò generalis aliam ad has, & similes Scripturæ locutiones intelligendas, regulam Damasc. 4. de fide cap. 20. sub finem. *Alii est scriptura quadam, quæ secundum euentum debent intelligi, casualiter dicere*. Cui consonant Chrysostom. homil. 67. fin. Cyrill. 8. in Ioann. cap. 20. fine. Theophyl. Euthym. Theodoret. Mopuestenus Leontius, & alij: quæ autem casualiter dicta pro euentu solum à Deo permissione causaliter dicta similes Caluinianæ huic continent blasphemiam: & quidem ex 1. Reg. 12. eam regulam differe Caluinus potuisset: sola derelictione Viri à Dauide Iobao duci imperata, quin eius occisionem præcepit vel ad eam peragendam impulserit, imo hortatus adhuc fuerit: sed ut ardentissimo pralio expositus delleretur tantum: quod ipsum Deus permissione sua peccato præstitit mortis Viri patratorem dictum habitumque occisionis Viri id imperat Iobao, ac contra id, quod preceps debuit satis præsidij Viri, nec prestitit, nec præ-

uidit, moraliter, & culpabiliter in eius interitu se gessit. Secus autem Deus in derelictione peccatoris per permissionem suam: neque enim cum derelict, ut cadat, nec eum teneat non derelict, est satis permissione sua habeat, ut actio de eo casualiter, est non sensu proprio, enuncietur: instat ex eo Simeonis Luc. 2. de Iesu nostro. *Positus est hic in ruinam: et in resurrectionem multorum in Israël*, quibus consonat ad Rom. 9. *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & Petram scandali*. *Et omnis qui credit in eum non confundetur*. Alluditur autem vtrouque ad Isai. c. 8. & 28. c. 8. legimus [Dominus exercituum ipsum Sanctificat: ipse pavor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis & in Petram scandali duabus domibus Israël: in laqueum, & in ruinam habitantibus in Hierusalem, & offendente ex eis plurimi, & cadente contententur, & irerentur & capientur.] cap. 28. [Ecce mitram in Sion lapidem angularem, probatum, & electum in fundamento fundatum: quæ etiam memorantur Matth. 21. num. 42. & epist. Petri cap. 2. a. numer. 4. Actor. 4. num. 11. Impletaque videmus Christi passionem, & Urbis Hierusalem ob illam excidio. Si autem, inquit, Christus Dominus à Deo positus & missus est in plurius Sanctificationem & Dei voluntate, & intentione salutis eorum, vtrique, & ex intentione ruinæ aliorum æque à Deo positus missusque erit. Verum hæc (est) impia & blasphemia heretici] permixta, vnde efficax intentio, & præinitio actionis prauæ suadetur: præsertim non regulata per scientiam mediam, qualis in omnium præfinitorum sententia alicuius: cum, nec regulata per scientiam mediam, probabiliori longe sententia à nobis posita controuersi, de incarnatione, fuliusque ostendenda controuersi. 4. de voluntate actus præfinito libertatem patitur: sed certe antichrisi vtrique partis, & sententiarum, non quoad Dei intentiones æque ad hominum salutem, & aliorum in prauas actiones, culpamque, & debitas penas, sed quoad effectus, & euentus solum est: quorum alij ex bono inarnationis, & redemptionis vii iuxta Dei voluntatem eueniunt; alij verò ob aliquorum abulum, & contra Dei voluntatem, non autem citra eius permissionem, contingunt: ut fulcriter Fulgentius 1. ad Trasimundum ea loca interpretatur, imò & peripicue Christus Dominus citato loco Matth. vbi angularis lapidis eis locis, & Psalm. 117. præiungit, qui ipse est, meminit & Marti. 12. num. 10. à concludi. 20. num. 17. parabole vineæ præmissa, quæ ex boni fructus capiendi intentione à Patrefamilias Agricolis locata fuit: ac non reddentibus præ malicia sua, famulos, id est Prophetas legauit, ut eos ad reddendum fructum hortarentur, ac demum filium suum: quos tamen contra Patrefamilias voluntatem patientiæ, & misericordie abusu occiderunt: malitiæque sua, Deo permitte solum tandem perierunt: quod demum ita etiam explicuit Petrus citato cap. suæ epist. vbi lapidis huius angularis Christi, in ædificationem quidem positi, est sponte ad illud offendentes in lapsum fuerit & ruinam ut in cuiusvis ædificij lapide in lapsum fuerit & ruinam solummodo positi contingit, in lapsum nostrum præter ædificantis tamen intentionem, esse, si temere in illum impingimus.

10. Sed, quoniam opposita hæcenus impio (qui ab opponentibus intendebatur) sensu etiam admissa, generalem conclusionem non de omnis actionis prauæ, sed aliquarum solum præfinitione probarent; nec de illis titulo primæ causæ, & vniuersalis dominij, & prouidentie increata omnia, ut præfinitores omnes censent; opponunt forte omnes ex Theodoro Beza respon. ad Castellion. de æterna Dei prædestinatione refutatione caluinianæ 2. generale illud ad Ephes. 1. *qui operatur omnia secundum Consilium voluntatis suæ*; sed audiant Hieronymum eorum calumniosam oppositionem hac loci interpretatione sua præoccupantem. *Non, quo omnia, quæ in mundo sunt, Dei voluntate, & consilio prouidentur: alioquin, & mala Deo poterunt imputari: d quo vniuersa, quæ faciunt, consilio faciat, & voluntate, quod scilicet, & ratione plena sunt, & potestate facientis: qui loci eius sensus apud Patres, & Doctores reliquos Catholicos est communis. Sed restat præfinitoribus probandum contra scripturam hæcenus à nobis ex Patribus ponderatæ actiones prauas prout*

